

Spectáculum facti sumus, **de communi Confes. non Pontific.** pag. xvi.

**FESTA FEBRUARII.**

**I. FEBRUARII.**  
In festo S. Ignatii Episcopi & Mátyris.

Léctio Epistolæ Beati Pauli Apóstoli ad Romanos.

Rom.  
8. f.

**F**Ratres, Quis nos separabit à charitâte Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nûditas, an periculum, an persecutio, an gladius? (sicût scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oves occisiõnis) Sed in his omnibus superamus propter eum, qui diléxit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque

Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque instántia, neque futûra, neque fortitúdo, neque altitúdo, neque profúndum, neque creatûra alia póterit nos separare à charitâte Dei, quæ est in Christo Jesu Dómino nostro.

**II. FEBRUARII.**  
In festo Purificatiõnis B. M. V.

Léctio Malachiae Prophætæ.

**H**Æc dicit Dóminus Deus: Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciẽ meam. Et statim veniet ad templum suum Dominator, quem vos quæritis; & Angelus testaméti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dóminus exercituum: & quis póterit cogitare

diem

diem advéntus ejus, & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullõnum: & sedébit conflans, & emúndans argentum, & purgabit filios Levi, & colábit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt Dómino offerentes sacrificia in justitia. Et placébit Dómino sacrificium Juda & Jerúsalem, sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui: dicit Dóminus omnipotens.

**III. FEBRUARII.**  
In festo S. Blásii Episcopi & Mart. Epist. Benedictus Deus & Pater, **ut in commún. unius Mart. Pontif.** pag. ii.

**IV. FEBRUARII.**  
In festo S. Andréæ Corsini Episc. & Conf. Epist. Ecce Sacerdos, **de com-**

mún. Conf. Pont. pag. xii.

**V. FEBRUARII.**  
In festo S. Agathæ Virginiis & Mátyris.

Léctio Epistolæ Beati Pauli Apóstoli ad Corinthios.

**F**Ratres, Videte vocatiõnem vestram, quia non multi sapiétes secundum carnem, non multi potétes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elégit Deus, ut confúndat sapiétes: & infirma mundi elégit Deus, ut confúndat fortia: & ignobília mundi & contemptibília elégit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret: ut non gloriétur omnis caro in conspéctu ejus. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapiéntia

i.  
Cor.  
i. d.

à

à Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemptio: ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino gloriatur.

**VI. FEBRUARII.**

In festo S. Dorothæ Virginis & Martyris, Epist. Domine Deus meus, de communi Virginum & Martyr. pag. xix.

**VII. FEBRUARII.**

In festo S. Romualdi Abbatis. Epist. Dilectus Deo, de communi Abbatum, pag. xviii.

**VIII. FEBRUARII.**

In festo S. Joannis de Matha Conf. Epistola: Beatus vir, de comm. Confes. pag. xvi.

**IX. FEBRUARII.**

In festo S. Apolloniæ Virginis & Martyris. Epistola: Confitêbor ti-

bi Domine, de communi Virginum & Martyr. pag. xviii.

**X. FEBRUARII.**

In festo S. Scholasticæ Virgin. Epistol. Fratres, qui gloriatur, de communi Virg. pag. xix.

**XIV. FEBRUARII.**

In festo S. Valentini Presbyteri & Mart. Epist. Justum deduxit Dominus, de communi unius Martyr. non Pontific. pag. iii.

**XV. FEBRUARII.**

In festo SS. Martyrum Faustini & Jovitæ, Epist. Fratres, Rememorâmini pristinos dies, de communi plurimorum Martyrum., pag. ix.

**XVIII. FEBRUARII.**

In festo S. Simeonis Ep. & Mart. Epist. Charissi-

mi,

mi, Beatus vir qui suffert tentationem, de communi unius Mart. Pontif. pag. i.

**XXII. FEBRUARII.**

In Cathedra Antiochena S. Petri Apostoli, Epistola: Petrus Apostolus Jesu Christi, ut in Cathedra Romana, xviii. Januarii, pag. 168.

**XXIII. vel XXIV. FEB.**

In Vigilia sancti Matthiæ, Epist. Benedictio Domini, de Vigilia unius Apostol. pag. i.

**XXIV. vel XXV. FEB.**

In festo sancti Matthiæ Apostoli.

Lectio Actuum Apostolorum.

**I**N dièbus illis: Exurgens Petrus in medio fratrum, dixit (erat autem turba homi-

num simul ferè centum viginti.) Viri fratres, oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jesum: qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerii hujus. Et hic quidem possedit agrum de mercède iniquitatis, & suspensus crepuit medius: & diffusa sunt omnia viscera ejus. Et notum factum est omnibus habitantibus Jerusalem, ita ut appellaretur ager ille lingua eorum, Haceldama, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum: Fiat commoratio eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea: & episcopatum ejus accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt con-

Z

gre-